





1734, 33

FACVLTATIS IVRIDICÆ  
 P. T.  
 DECANVS,  
 CONR. WILHELMVS  
 Strecker/ JCTVS,

PRÆFAT. FACVLTATIS ET IVDICII ELECTO-  
 RALIS PROVINCIALIS ASSESSOR, PROFESSOR  
 IVRIS PVBLICVS, CIVITATIS SYNDICVS, CON-  
 SVL, ET CAVSARVM TVTELARIVM  
 CONSVLENS.

L. B. S.

---

ERFORDIÆ.  
 Typis JOH. CHRISTOPHORI HERINGII,  
 Acad. Typogr.





**F**luctuant Doctores, quommodo observantia & consuetudo inter se differant; Observantiam, perinde ac consuetudinem & statutum specialem efficere juris speciem, tuctur Francisc. de Ponte *Vol. 1. Conf. 41.* hac tamen cum differentia, quod illa tantum unius alteriusve iudicis & tribunalis sit, & tantum temporis spatium, quantum consuetudo non requirat. A qua opinione recedunt alii discrepantiam in hoc porissimum statuentes, quod observantia unicuique, consuetudo vero actuum pluralitatem requirat. Berlich. *p. 2. Conc. 53. n. 67.* Alii observantiam, quam vocant, publicam, unam, eandemque cum consuetudine esse, asserunt. Tabor *tr. de Confrontat. disp. 1.* cum alijs. Rectius alji, quod observantia nihil aliud sit, quam materiale consuetudinis, sive ipsi actus, qui consuetudinem antecambulant, & per quos ipsa consuetudo inducitur, atque hæc, nisi consuetudinis requisita accedant, jus non constituit, & proprie vocatur observantia inductiva, cui contradiscitur observantia interpretativa, quæ speciem juris v. g. statutum præsupponit, ac sensum; intellectum & virtutem juris illius suppositi ostendit, nullumque jus, uti consuetudo, facit, sed tantum declarat. Atque hæc observantia interpretativa statutorum concessionumque fida est interpret. Peregrin. *Vol. 3. Conf. 3. n. 48.* ita, ut Regina omnium interpretationum audiat, & omne dubium tollat, atque pro jure habenda sit. Harpprecht. *Vol. nov. Conf. 4. n.*

548. seq. Knipschild. de Nobil. lib. 3. C. 24. Caf. 13. Klock.  
tom. 2. Conf. 23. n. 26. Ad consuetudinem requiritur plu-  
ralitas actuum, hæc vero observantia interpretativa  
unico actu introducitur. arg. L. 14. §. 2. ff. de aliment. &  
cibar. legat. Henning. Boehmer. tom. 1. Resp. 20. n. 19. Ber-  
ger Oecon. juris. lib. 1. tit. 1. §. 19. not. 1. Conf. Lyncker  
Vol. 1. Resp. 108. n. 13. seq. eique unico actui omnes sub-  
sequentes sunt conformandi, & in futurum illa servari  
debet. Boehmer tom. 1. Resp. 195. n. 5. Cravetta Conf. 1000.  
n. 3. Goëdd. Vol. 3. Conf. Marp. 34. n. 64. imò secundum  
eam verba dubia sunt interpretanda. Speidel. in spec.  
voce observant. Harpprecht. Vol. nov. Conf. 35. n. 14. seqq.  
adeo, ut incivile dicatur, de eo, quod observantia dilu-  
cidum fecit, nunc demùm dubitare vel eidem contra-  
venire velle. cit. Harpprecht. Conf. 4. n. 548. Sed utrum  
judici loci de tali observantia interpretativa attestanti  
plena habeatur fides? scrupulum movent ea, quæ de  
consuetudine tradunt. Carpzov. p. 1. decis. 3. n. 22. seqq.  
Mey. p. 4. decis. 2. Martini process. jur. tit. 20. §. 1. n. 59.  
cum pluribus ibi citatis, qui uno quasi ore conclamant,  
judicem de consuetudine attestantem nullam mereri  
fidem ex eo, quod illa, quæ facti sunt, prudentissimos  
quosque, imò & Principem fallere possint, & non suf-  
ficeret, ut aliquo modo de consuetudine constaret, sed ea  
legaliter cum suis requisitis probari deberet, maximè  
cum bonus judex indolem consuetudinis veræ ac legiti-  
mæ ignoraret, præterea duplici officio fungì, vices-  
que duorum, puta judicis & testis, agere haud posset,  
accederet præsumptio, quod factum suum comproba-  
re & ob honoris commodum defendere solet. Pro-  
batissimus alioquin Leyerus Vol. 1. in meditat. ad Pan-  
dect.

deff. *specim. 9. meditar. 9. pag. 99.* temperat hoc in passu  
Doctorem sententiam, dum inquit: Ob insignem, quam  
iudex omnis habet, fidem & integritatis opinionem de  
qua vide *C. 6. X. de renunciat.* scilicet non plenè credi-  
tur iudici de consuetudine attestanti, sed tantum ta-  
men, quantum alii testi. Facit itaque, ut loquuntur  
Jcti, semiplenam probationem. Ita Leyserus. Ve-  
rum has inter discrepantium Doctorem opiniones res,  
si penitus inspicatur, ita venit moderanda; iudex enim  
vel exhibet testimonium de consuetudine, vel de ob-  
servantiâ interpretativâ: si de illâ nempe consuetudi-  
ne, vel unicus iudex attestatur de consuetudine in folle,  
s. vagâ & generali, tolerabilis est sententia Carpovii  
ejusque sequacium, quamvis opinio prælaudati Leyse-  
ri ob jurati iudicis fidem atque integritatis præsum-  
ptionem probabilior videatur, vel tale attestatum non  
ab uno iudice, sed à toto collegio viris morum, iurium-  
que gnaris conspicuo emanat, huic testimonio, potissi-  
mum, si sollemniter sub sigillo iudicii expeditum fuerit,  
plenam addit fidem Klock. *Vol. 3. Conf. 101. n. 203.* Brun-  
nem. *Conf. 32. n. 28.* ubi Carpovium supra citatum no-  
tat, attestaturque se nunquam legisse, quod Collegium  
iudicum à testimonio Collegii Senatorii in iudicando  
recesserit. Si verò iudex, & maxime formatum ali-  
quod collegium de consuetudine in specie specialissima  
nominatim adducendo casus cum expressione tempo-  
ris, aliarumque circumstantiarum testimonium ferat,  
idipsum indubitatum meretur fidem. Lyncker *Vol. 2.*  
*Resp. 12. n. 40.* Berger. *p. 2. Resp. 213.* Meichsner. *1. Dec.*  
*14. n. 62. seq.* Cothmann. *2. Conf. 84. n. 52.* Idque non  
sine rationibus; siquidem pro iudice vi iuramenti præ-  
stiti,

fiti; publicâ auctoritas, adeoque maxima veritatis præsumptio militat *L. 65. §. 2. ff. ad SCrum trebell.* fides habetur iudicis simplici informationi & relationi *Pacian. de probat. lib. 1. C. 48. n. 78.* creditur duobus Doctoribus de consuetudine attestantibus. *Wesenbec. p. 7. Conf. 306. n. 31.* & passim alii. imo uni Doctori. *Wesenbec. p. 7. Conf. 351. n. 87. Socin. Conf. 161. n. 16. Vol. 2. irem solius nuncii relationi. Gail. 1. O. 54. n. 4.* Cur igitur iudici jurato, ne dicam, toti collegio, non uno, non duobus, sed multò pluribus forte Doctoribus aut viris gravibus rerum experientiâ ditatis conspicuo fides detrahenda? vid. *Berlich. p. 2. decis. 212. n. 46. seq.* idque eò minùs, cum nemo majorem, iudice, facillè possit habere notitiam de actis, gestis, ventilatis, causis; que decisus; iudici autem de iis, quæ coram se gesta sunt, attestanti plenâ tribuitur fides. *Wernher. Vol. 4. p. 5. O. 68. & supplement. nov. ad h. p. pag. 599.* Vel denique attestatur de observantia juris suppositi declarativa vel interpretativa, hoc in casu cum tantum quæstio sit de simplici interpretatione juris suppositi v. g. statuti, quomodo nempe & quo sensu id hactenus observatum fuerit, iudici, multo magis toti collegio solenniter sub sigillo cum allegatione unius alteriusve casus attestanti plenè creditur. *Menoch. de A. F. Q. lib. 1. q. 73. n. 16. seqq. Brunn. Klock. cir. loc.* Maxime cum iudex aut totum collegium optimam de rebus sub sua jurisdictione gestis notitiam habeat, ac ratione eorum, quæ ipso præsentè facta, cognita, decisâ ac deinceps observata sunt, falli non possit, multò minùs objecta officii nempe testis & iudicis duplicitas obstat; Procedit hoc, si iudex tanquam testis producatur, ut viva voce in causâ

sa coram se pendente & à se cognoscendâ deponat;  
neutiquam vero, si testetur de coram se gestis, tractatis,  
actitatis & observatis. Berlich. p. 2. decis. 212. n. 52.  
Nec ob putativum, quod dicitur ex causa à se forte de-  
cisa habere, honoris commodum iudex, multò minus  
iudices lædent conscientiam, ac jurisjurandi, quo vin-  
culati sunt, religionem contemnent, cum fortissima &  
fidei & integritatis pro ipsis stet opinio. Carpovius  
ignorantem sui temporis pro objecto habuit iudicem,  
cui omnem detraxit fidem, quocum hodierni viri non  
minus conscientiosi, ac juris tam scripti, quam non  
scripti pericillimi minimè sunt comparandi, siqui-  
dem in testimoniis dignitas, fides, mores & gravitas  
respiciendâ est L. 2. ff. de test., quem textum fulius pu-  
blice ex cathedra explicaturus est

NOBILIS ET CLARISSIMVS CANDIDATVS  
D O M I N U S

## JO. CONRADVS CASPART,

Natus in Bergæ ad Nicarem, mensè Augusti MDCC X. Pa-  
tre JOANNE CASPART, J. V. L. & Cancellariæ Advocato;  
Matre ANNA ROSINA, filia KÖHNLI, Mercatoris Herrenber-  
gæ. Per hosce nunc pie defunctos non privatos tantum in-  
ter parietes dextris Præceptoribus, sed & publicâ Scholâ Patriæ  
usus est, queis sensim sensimque superatis, à Matre superflite  
translocatus est in Monasterium Bebenhusanum, ubi in Phi-  
lol. audivit Plurimum Reverend. Abbatem Dn. C. HOCH-  
STETTER, nec non Dn. CANTZ & Dn. PFISTER, viros poli-  
tissimos; Præterlapsis ibi duobus prope annis consecratus est  
à d. Præsule Gravissimo Academiæ Patriæ Tubingæ Celeber-  
rimæ, ubi in Jurisprudencia audivit Excell. Prof. & Ephorum  
stipendii, quod ibi floret, Dn. RÖSLER, ad Pufendorff. de O. H.  
& C., in Ethicis, Logicis, Metaphysicis, &c. Prof. & D. SS.  
Theolog. Magnif. Dn. MAICHEL. Inde duobus iterum fere  
annis



annis præterlapsis Academiam Salanam, Jenam salutavit, ubi  
 à Magnifico Pro-Rectore WEISENBORNIO, matriculæ Uni-  
 versitatis insertus, sequentem in modum Juri operam dedit:  
 Semestri I. publicè antiquitatibus Rom. ab Illustri Heineccio  
 conscriptis apud Excell. D. & P. J. F. HERTEL; Primis totius  
 legitimæ scientiæ Elementis, iisque examinatoriè pertracta-  
 tis apud Dn. D. DIETMAR, & quidem super textum ipsum, vi-  
 rum Exquisitissimum, cui & adhuc alteri vitam suam civilem  
 publicè debitam profitetur, Linguæ Gallicæ apud M. Dn.  
 GREIFFENHAHN: & Historiæ ad Struvium apud Exc. Prof.  
 & Bibliothecæ Jenens. Inspectorum Dn. BVDER. II. Repetiit  
 Codicem Legum apud d. Dn. D. DIETMAR; Examinatoriè  
 pertractatum auditur Jurisprud. Struv. apud Consil. Aulic.  
 Gravissimum, Promotorem suum pie, ut ait, devenerandum,  
 Dn. FLÖRCKE: Mathesin ad Wolfium apud M. Philos. Præ-  
 clarissimum Dn. CARPOO: Linguam Gallicam inchoavit pri-  
 vatissimè apud M. Linguarum, Gallicæ & Italicæ, Dn. A. HE-  
 ROLD, Virum singulari sinceritate conspicuum. III. Incepit  
 ff. ad Lauterbach. & legendo & examinando continuo illis  
 interfuit apud Dn. D. HARTMANN, virum paterna affectum  
 fidelitate: Pusendorf. cognoscere didicit juridicè apud Dn. D.  
 DRESSEL. IV. ff. repetiit: In Jure Feudali initium fecit ad  
 Strykii examen, apud Magnificum, proh dolor! nunc defun-  
 ctum, Dn. A. BECK, Ordinar. Jenæ famosissimum: V. Colleg.  
 præct. super Stryk. introd. ad Prax. Forens. frequentavit apud  
 Exc. Prof. J. F. HERTEL, Jctum Consummatissimum, suos  
 per hosce annos in Academia hacce Salana peractos feliciter  
 adjuvante Deo T. O. M. Hospitem multis numeris colendum:  
 Jus public. apud Virum Magnif. Gravissimumque, Consilia-  
 rium Aulic. & P. Dn. KEMMERICH, super Ipsius Synopsis.  
 Desselii Erotemata Juris Can. apud d. Dn. D. DIETMAR. Col-  
 leg. Disputator. præct. ad Lauterbachium apud d. Dn. D.  
 HARTMANN. VI. Jus public. repetiit: & interim Linguam  
 Italic. continuavit: Jurisprud. Struv. examinatoriè pertra-  
 ctavit apud d. paulò ante Dn. D. HARTMANN, Physicam Ex-  
 perimentalem à Viro Magnifico Prof. Medic. & Consil. Aul.  
 Gravissimo Dn. TEICHMEIER percepit. Quadrimestri de-  
 nique,

nique, & quod excurrit, eam quam acquisivit scientiam privatim excoluit. Nos tandem accessit & ad examen Juris Candidatorum rigorosum admitti decenter petiit, annuimus honestæ ejus petitioni transmissimusque ei textus ex utroque jure resolvendos, quos accurate enodavit, & ad quæstiones propositas tam exactè respondit, dubiaque mota tam dextre resolvit, ut non dubitaverimus, quin cum ad reliqua Doctorandorum specimina admiserimus. Habebit proinde 2. Martii a. c. lectionem cursoriam ad præf. *L. 2. ff. de test.* & hac finita disputationem inauguralem

EXHIBENTEM  
DIFFICILEM PER QUÆSTIONES  
SIVE TORTVRAM AD VERITATEM  
PERVENIENDI  
VIAM.

Ad quos actus solennes Magnificus Dn. Rector, reliquique Universitatis Proceres cum nobilissima Studioforum corona perhumaniter invitantur. Publ. sub Sigill. Facult. Jurid. die 28. Febr. MDCC XXXIV.




ULB Halle  
005 355 729

3



1996  
A  
4158





42

1734, 33

FACULTATIS JURIDICÆ  
P. T.  
DECANVS,  
CONR. WILHELMVS  
Strecker/ JCTVS,

PRÆFAT. FACULTATIS ET JVDICII ELECTO-  
RALIS PROVINCIALIS ASSESSOR, PROFESSOR  
JVRIS PVBLICVS, CIVITATIS SYNDICVS, CON-  
SVL, ET CAVSARVM TVTELARIVM  
CONSVLENS.

L. B. S.

---

ERFORDIÆ,  
Typis JOH. CHRISTOPHORI HERINGII,  
Acad. Typogr.